

Tenere autem ipsas dicuntur Anthropophagi Manioli dicti. Harum medium gradus habet 14 $\frac{1}{2}$  Australis  $\frac{1}{2}$

SINARVM SITVS

CAPVT .III.

TABVLA .XI. ASIAE



INAE terminatur a septentrionibus pte Seru exposita. Ab ortu Solis atq; meridie terra incognita.

Ab occasu India extra Gangē iuxta line

annotatā, vsq; ad magnū sinum, ac ipso magno sinu, & partibus que deinde adiacēt Ferinis appellatis, ac parte Synarū, quā habitant Ichthyophagi Ethiopes secundū descriptionē hanc Post litem sinus, qui iuxta Indiam notatus est.

Aspithare flu. ostia	175	16
Fluuij fontes, qui ab orientalibus partibus Semāthini sunt montis	180	26
Brāma ciuitas	176 $\frac{1}{3}$	12 $\frac{1}{2}$
Ambasti flu. ostia	177	10
Fontes fluuij	179	15 $\frac{1}{2}$
Rhabana ciuitas	177	8 $\frac{1}{2}$
Seni flu. ostia	176 $\frac{1}{3}$	6 $\frac{1}{2}$
Notium promont.	175	4
Ferini Sinus interior recessus	176	$\frac{1}{2}$

Satyrorū promont. 175 Aequinoctia.

Sinarum sinus 178 Australis  $\frac{1}{3}$

Hunc habitāt Ichthyophagi Aethiopes

Cutiaris flu. ostia 177 Australis 7

luxta qd miscet Sini amni 179 aequino.

Fontes fluuij 180 Australis  $\frac{1}{2}$

\* Cattigara Sinarū statio 177 Auftra. 8  $\frac{1}{2}$

Tenēt aut regionē, que maxime ad Arctos

vergit, Semanthine supra eiusdem nominis

montem. Sub ijs aut atq; monte Acadræ.

Post quos Spiore. Postea apud magnū Si-

num Ambaste, & circa alios sinus Ichthyo-

phagi Sine.

Ciuitates autem Sinarum mediterraneę

hæ nominantur

Achatara 178 21  $\frac{1}{4}$

\* Aspithra 175  $\frac{1}{2}$  16  $\frac{1}{4}$

Coccoranagara 179 Australis  $\frac{1}{2}$

Sarata 180 Australis 4

\* Et Metropolis Sine 180 Australis 15

Eam tamen non crea mcenia habere dicūt,

nec quicquā memoratu dignū. Circūdatur

autem a Cattigaris versus occasum terra in-

cognita, mare Prasode amplectēs, vsq; pro-

mont. Pralum, a quo incipit, vt dictum est,

maris asperi sinus, terrā coniungēs Rhapto

promont. & partibus australibus Azanic.

TAPROBANES INSVLAE SITVS

CAPVT .III.

TABVLA .XII. ASIAE



ORI Indiae promontorio opponit promontoriū insulae Taprobanes, q̄ olim Symondi insula dicebatur, nūc aut Salice. Qui eā habitāt, cōmuni vo-

cabulo Sale dicuntur, mulieribus crinibus omnes fere tecti.

Nascitur apud hos oriza. mel, zingiber, ber-

rillus, hyacinthus, & vniuersorū metallorū

genera, Auri & argenti & aliorum. Elephā-

tes gignit et Tigres. Eius promontorium,

quod dictum est Cory opponi, gradus ha-

bet 126 12  $\frac{1}{2}$

et vocatur Boreū promōt. Alia aut circūscri-

ptio habetur in hunc modū. Post dictū Bo-

reū promōt. quod gradus habet 126 12  $\frac{1}{2}$

Galiba extrema 124 11  $\frac{1}{3}$

Margana ciuitas 123  $\frac{1}{2}$  10  $\frac{1}{3}$

Iogana ciuitas 123  $\frac{1}{3}$  8  $\frac{1}{3}$

Anarismundi promōt 122 7  $\frac{1}{4}$

Soane flu. ostia 122  $\frac{1}{3}$  6  $\frac{1}{4}$

Fontes fluuij 124  $\frac{1}{3}$  5

Sindocanda ciuitas 122 5

Priapidis portus 122 5  $\frac{1}{3}$

Anubingara 121 2  $\frac{1}{3}$

Prasodes sinus 121 2

Iouis extrema 120 1

Nubartha ciuitas 121  $\frac{1}{3}$  Aequino.

Azani flu. ostia 123  $\frac{1}{2}$  Australis 1

Fontes fluuij 125 Septentrio. 1

Hodoca ciuitas 125 Australis 2

Orneon vel auiū extrema 125 Auftra. 2  $\frac{1}{2}$



Dagana ciuitas sacra luna	126	Australis	2
Corcobara ciuitas	127	Australis	2
Dionysi seu Bachi ciuitas	130	Australis	1
Ceteum promont.	132	Australis	2
Baraci flu.ostia	131	Septentriona	1
Fontes fluuij	128		
Bocana ciuitas	131		1
Mordi portus	131		2
Baraththa ciuitas in extremis	131		3
Solis portus	130		4
Litus magnum			
Rocuri ciuitas in promōt.	131		5
Rhizala portus	130		6
Oxia promont.	130		7
Gangis flu.ostia	129		7
Fontes fluuij	127		7
Asarana portus	129		8
Agadiba ciuitas	129		8
Panti Sinus	128		9
Anubingara ciuitas	128		9
* Modutti emporiū	128		11
Phasis flu.ostia	127		11
Fontes fluuij	126		8
* Talacori emporiū	126		11

Post quod est Boreum promontorium. Montes in insula insignes sunt, qui Galybi appellatur, ex quibus fluunt Phasis, et Ganges. Et mōs, qui Malea dicitur, vnde fluūt Soanas, & Azanos, & Barraces. Et sub hoc monte vsq; mare sunt Elephantū pascua. Tenent aut insulam a parte maxime septentrionali Galibi & Madunte. Sub quibus Anurogrāmi, & Nanagadibi. Et sub Anurogrāmis Soani. Sub Nanagadibis autem Senni. Subq; is etiam Sandocandæ quidē versus occasum. Et sub ipsis vsq; Elephantum pascua Bumafani. Tarachi aut versus solis ortum tenent. Sub quibus Bocani & Morduli, & qui maxime Australes sunt Rhogandani & Nanigiri.

Ciuitates autem in insula mediterraneæ hæc sunt

Anurogrānum regia	124	6	8
* Maagrāmū Metropolis	127		7
Adisamum	129		5
Poduce	124		5
Vlispada	126	Borealis	3
Nacaduma	128	Aequino.	


Antē Taprobanem multitudo insularum iacet, quas dicunt esse mille trecetas & septuaginta & octo numero. Quarum tant en nominata traduntur, hæc sunt

Vangana	120		11
Canathra	121		11
Orneorum vel auiū	119		8
Aegidiorum	113		8
Monache	116		4
Ammine	117		4
Carcus	118	Australis	
Phelicus	116	australis	
Erene	120	australis	
Calandadrua	121	australis	
Arana	126	australis	
Bassa	126	australis	
Balaca	129	australis	
Alaba	131	australis	
Gumara	133	australis	
Zaba	135	Aequino.	
Zibala	135	Borealis	
Nagadiba	135	borealis	
Sufuara	130	borealis	

Orbis igitur necnō prouinciarū ac prefecturarum enarratio particularis, hoc nobis explanata sit modo. Ceterum cū in principio cōpositionis ostēderimus, quo pacto cogniti orbis pars, in sphaera describi possit, necnō in superficie plana, vt q̄ maxime similis & cōmensilis sit ijs, que in sphaera comprehenduntur solida, congruatq; talibus vniuersi orbis explanationibus, descriptionē quandā addere summaria, ad demonstrationē eorū, que vniuersaliter sunt contemplata, absolua tur & ipsa secundū cōuenientē rationē, que ita se habet.

DESCRIPTIO SUMMARIA TABVLAE ORBIS

CAPVT V



ORBIS noster in tres diuisus est continētes a vetustioribus illis, q̄ sigillatim q̄ diligentissime scripsere, commentariosq; reliquere de singulis, sicuti in historia, quib; et nos astipulamur, qui partim hæc inspeximus, partim vero diligenter ab eis excepimus, ac ideo tabulā quo pacto totus orbis figurari possit, subiicere deliberauimus, vt nil discendi cupidis inexpertū relinquatur, ex ijs, quæ



particulatū vtilia sunt, quo animus historia ornatur, pariter et acumen virium naturalium exciterur.

Pars terrę nostrę habitabilis terminatur ab ortu solis terra incognita, q̄ populis orientilibus Asię magnę adiacet Syniscę, ac Sericę. A meridie similiter terra incognita, quā pelagus ambit Indicum, & quę Aethiopiā, quę a meridie est Libyę, vocaturq̄ Agisymba, complectitur.

Ab occasu etiā terra incognita, quę sinum excipit Aethiopicū Lybię, & deinde oceano occidentali, qui occidentalissimis Lybię & Europę adiacet partibus.

A septē trionibus autē coniuncto sibi oceano, qui insulas cōplectitur Britānicas necnō Europę Borealissima, appellaturq̄ Deucalidoniū & Sarmaticus, ac etiā terra incognita, quę Borealissimis magnę Asię adiacet regionibus, Sarmatię & Scythię, & Sericę.

Ex equoribus vero, quę ab orbe excipiuntur habitabili, mare nostrū cū adnexis sibi sinibus, utpote sinu qui iuxta Adriam est, Pelaguscq̄ Aegeum, necnō Propōtidem, pontū quoq̄, ac paludē Meotim, per solū fretum Herculeū cū oceano cōmiscetur, pelagi angustias quasi Isthmū Chersonesi instar faciens. Hyrcanū vero mare, quod & Caspiū dicitur, vndiq̄ terra circūdatur, insulę quo ad continentem oppositum, simile.

Similiter & mare, quod iuxta pelagus est Indicū, totum cū adiacētibus ei sinibus, tā iuxta sinum Arabicū, q̄ Persicū, necnō Gāgeticū, & eum qui proprie magnus vocatur sinus. vndiq̄ a terra circūambit. Quapropter ex tribus continentibus, Asia adnectitur Lybię, & per dorsum Arabię, qui mare nostrū a sinu segregat Arabico, & per terrā incognitā, quę ab Indico alluitur pelago. Europę vero adnectitur per dorsum, quod inter paludē est Meotim, oceanūq̄ Sarmaticū, sup Tanais amnis defluuio. Lybia vero ab Europa solum freto disiungitur, p se ipsam illi coherēs minime, Asię vero penitus, quoniā illa vtriq̄ cōnectitur, ambasq̄ per orientālē plagam attingit.

Porro ex tribus illis cōtinentibus, magnitudinis gratia, Asia est prima, Secunda Lybia. Tertia Europa, similiter inter maria prædicta, q̄ a terra excipiuntur, rursus ob magnitudinē primū est mare iuxta Indicū pelagū. Secundū nostrū. Tertium Hyrcanū, quod

et Caspiū. Præterea inter sin⁹ insigniores, primus est similiter et maior Gangeticus. Secūdus Persicus. Tertius ꝑo Magnus Quart⁹ Arabicus. Quintus Aethiopicus. Sextus Pōti. Septimus Aegei pelagi. Octau⁹ Paludis Meotidis. Nonus Adrię. Decimus ꝑo Propontidis.

Ex insulis vero insignioribus & peninsulis Prima est Taprobane. Secunda Albionis Brettanicorū. Tertia aurea Chersonesus. Quarta Iuvernica Brettanicorū. Quinta Peloponesus. Sexta Sicilia. Septima Sardinia. Octava Cymus, quę & Corsica. Nona Creta. Decima Cyprus.

Sane meridionalē terrę cognitę finem terminat parallelus, qui equinoctiali est australior partibus. 16 3̄ 12. qualiū est circulus maximus. 360.

Totidē etiā partibus qui per Meroen scribitur, equinoctiali est septentrionalior. Septentrionalē ꝑo finem terminat parallelus, qui equinoctiali est septentrionalior partibus. 63. scribitur autē per Thylē insulā, ita ut latitudo terrę cognitę partiū fiat. 79 3̄ 12. aut integris gradibus. 80. Stadij ꝑo quadraginta millib⁹ fere, ita ut pars vna, seu grad⁹ vnus, quingenta contineat Stadia, quęadmodū ex diligentioribus deprehensū est dimensionibus. Totius vero ambitus centū & octuaginta millia comprehendat stadia.


Rursus orientalē finem terrę cognitę terminat meridianus scriptus per Synarū metropolim, distans ab eo, qui per Alexandriam scribitur, orientē versus, super æquinoctiali partibus. 119 3̄. octo autē horis fere equinoctialibus.

Occidentē vero finem terminat ille qui per fortunatas scribitur insulas, distatq̄ ab eo, qui per Alexādrīā partibus. 60 3̄. horis autē equinoctialibus quattuor. A semicirculo vero orientalissimo partibus. 180. ac horis æquinoctialibus. 12. ita ut lōgitudō orbis cogniti esse colligatur, super parte quidē æquinoctialis, stadiorū nonaginta millia. Super eo vero qui est australissimus octuaginta et sex milliū ac trecentorū et fere triginta. At super eo qui est septentrionalissimus millia quadraginta octingenta quinquaginta quattuor. Et rursus super eo, qui p Rhodū scribitur, sub quo potissimū factę sunt dimensiones, distante ab equinoctiali partibus. 36. stadio rū septuaginta duorū fere millium. Super



eo aut qui per Syenem est. quicq; ab æquinoctiali distat partibus.  $2\frac{1}{2}$ . qui fere in medio totius latitudinis situs est. Stadiorum octuaginta duo millia, trecentorum triginta sex, secundum proportionem ipsam dictorum parallelorum ad æquinoctialē, ita ut longitudo orbis latitudine maior fiat, in dimatibus quidem septentrionalissimis, qui quagelima fere parte, in his vero per Rhodum dimidia quodammodo & tertia parte, in his aut per Syenem totidem et fere sexta in australissimis quoque totidem. In his vero qui sub æquinoctiali sunt totidem, ac insuper quarta. Magnitudo autem maximi diei seu noctis, in parallelo quidem inter predictos australissimo horarum æquinoctialium est  $13$ . totidem & in eo qui per Meroem scribitur. In æquinoctiali aut horarum est  $12$ . In eo vero qui per Syenem describitur, horarum  $12\frac{1}{2}$ . At in eo qui est per Rhodum  $14\frac{1}{2}$ . In septentrionalissimo autem et qui per Thylem est.  $10$ . ita ut totius latitudinis differentia fiat horarum æquinoctialium nouem.

ARMILLARIS SPHAERAE  
cum habitabili descriptio

CAPVT VI. 



DESCRIPTIO igitur dispositionis vniuersae, ad tanta usque, competenter se habet, verum haud absurdum erit his addere, quoniam modo apprensus terre semisphaerum, in quo habitabilis nostra est, in plano describatur, a sphaera comprehensum armillari, quandoquidem plures, qui demonstrationem hanc aggressi sunt, ineptissime ea vti videntur. Proponatur igitur sphaeram armillarem, in plano describere, quae partem complectatur terre, ita visus sit habentem, secundum quem recte linearis sit communibus sectionibus, hoc est meridiani qui per tropicos notis, cui et longitudo subiacebit, nostram habitabilem bisariam incidit, & paralleli qui per Syenem in terra scribitur, qui & ipse latitudinem orbis equaliter ferme se at. sic autem habeant rationes magnitudinum armillaris sphaerae, & terre, necnon visus distantiae, ut in eo spacio quod inter armillam æquinoctialis & aëstiuæ continetur

tropici, tota pars terre appareat cognita. Australiori semicirculo, eiusque per media signa est circuli, super terram constituto, ne ab illo obumbratio quodam fiat terre habitabilis, ad Boream constituta. His igitur suppositis, dicti quidem meridiani, vnius recte lineae secundum axim ipsam facient apparentiam, quasi visus in plano, per eos ducto cadat. Ob eandem etiam causam parallelus per Syenem, recte lineae apparentiam prebebit, illa existente recta, reliqua vero ex circulis inscribendis, secundum conuexa ad rectas lineas, inuersi appaerebunt, meridiani quidem ad lineam eam quae per polos est, paralleli vero ad illam quae per Syenem, & magis hi qui plus ex utraque parte distat, quae admodum per se liquet. Quo pacto vero de descriptionem hanc effingere possimus, ut quae similis sit adumbramentis visualibus modus hic per se commodus nobis erit.

Esto meridianus qui per signa æquinoctialia in sphaera transit armillari. A. B. C. D. circa centrum. E. et diametrum A. E. C. intelligatque A, secundum polum Borealem. C. vero australem, ac sumantur. B. F. & D. G. & B. H. & D. K. circūferentiae in distantijs tropicorum ab æquinoctiali. A. autem & L. & A. M. & C. N. & C. O. a distantijs poli arctici & antarctici, secetque diameter aëstiuæ, ipsam. A. E. iuxta. P. Quum igitur parallelum qui per Syenem scribitur, inter. E & A. positionem habere oporteat, sit autem ratio circūferentiae, quae est a parallelo per Syenem, ad æquinoctialē, ad quadrantem, quatuor fere ad quindecim, dimidiet autem. E. P. ad. E. A. eorundem fere quatuor ad viginti, sesquitercia erit et, E. A. lineae quae ex centro terre exit. Assumatur iam. E. Q. triangulum, quale est quatuor. E. A. & in centro E. distantia vero. E. Q. scribatur in eodem plano circulus, qui terram complectatur. Q. R. et diuisa aliqua recta, quae sit equalis. E. Q. in nonaginta sectiones equales, vnius quadrantis equalis ipsi. E. P. assumatur quidem. E. S. sectionum viginti trium semis & tertij. at. E. T. sectionum sedeci tertij & duodecim. E. V. vero eorundem sexaginta trium, et pducatur. X. S. Y. ad. Q. R. recta cadens videlicet secundum parallelum per Syenem. erit igitur. T. signum, per quod scribetur parallelus ille, qui terminat australem finem habitabilis, et oppositus ei qui est per Meroem. V. vero per quod scribetur parallelus, qui terminat finem Borealem, scriptusque per Thylem. Assumatur nunc



signum paululum australius. T. sicut. Z. & cōiungantur. Z. D. producanturq. S. Y. & Z. D. ac coincident iuxta. ✱. Si igitur nunc expositos circulos intelligamus in plano, p signa tropicorū & polorū, aspectūq. sup. ✱. propter subiecta, lineę quidē ab. ✱. per. M. et. G. ac. D. & K. & O. productæ, ad. A. C. faciēt sup ipsa sectiōes, p q̄s scribent ad aspectū segmenta quinq. parallelorū, veluti per sectionem. Z. scribetur circa. D. equinoctialis, lineę vero ab. ✱. super. L. & F. & B. et. H. et. N. cōiunctę apud. A. C. sectiones faciēt, per quas scribentur vltaterranę portiones eorundē parallelorū. Similiter quoq. in parallelis describendis in terra, si sumpserimus super. Q. R. peculiare ab equinoctiali distātia, veluti. V. & T. ac sectiones, quę fient super eisdē per rectas lineas. A. Z. cōiunctis super semicirculo. Q. R. habebimus oppositas eis secundum parallelorū positiones, per quas scribentur dictorū parallelorū segmenta, veluti. G. V. F. & D. T. B. super quibus sunt exortus eorum q̄ ordinanda sunt ex vtracq. parte meridiani. T. V. & sup. X. S. Y. recta, in peculiaribus triū illorum parallelorū rationibus, scribemus per triū similiū signorū particulas, subiectorū meridianorū, tanq. eorum qui definiant longitudinem, et. F. X. B. & G. Y. D.

Multitudo igitur in terra describendorum ad descriptionis magnitudinem adaptanda erit. In Armillarū vero parabola, id obseruādū est, vt quū singula p dicta quatuor signa transeant, figura effingantur ouali, & nō in mucrones desinant, in sectionibus apud circulum extremū, ne speciem pbeant fracturę. Nam illis quoq. congruā reliquis flexuram seruari oportet, q̄uis lineamenta curua, quę ellipsim cōplectūtur, vltra extremū circulum totius descriptionis finitorē cadant, quod et in veris armillis accidere videtur. Aniaduertendū p̄terea, ne circuli solū lineę existāt, sed vt cū aliquali latitudinis cōmensuratione et colore differāt, ac etiā vt vltaterranę circulo rū portiones, obscuriores habeāt colores, q̄ ille, quę visui sunt expositę, q̄ in proximioribus fiant incisurę secūdū obumbrationes, quę in veris eueniūt armillis. Pręterea vt Zodiacus incidat sup terrā iuxta semicirculum australissimū, et per tropicū hyemalē, incidatur aut ab ipsa secūdū Borealē, & per estiuū tropicū. Conscribemus aut de ijs quoq. in locis oportunis peculiare denominationes,

ac etiā in circulis, q̄ in terra sunt numeros, qui in orbis descriptione sunt explanati distantiarū & horarū. Circa vero exteriorem circulū ventorū ponemus nomina ad imitationem spherę armillarī, apud adiacentes quinq. parallelorū & polos p adnotationes.

DESCRIPTIO EXTENSIONIS

CAPVT. VII.



**AETERVM** huiusce extensionis descriptio quę & summatim armillari congruit spherę, talis erit. In plano subijciatur designatio, vna cū terra cō-

prehensa, q̄ talem habeat positionē, per quā visus rectus sit cōmunibus incisionib⁹, hoc est meridiano, qui bifariā p tropica signa orbē secat, cui & subiacet longitudo nostri habitabilis, & parallelo p Syenē in terra scripto, q̄ et ipse fere latitudinē orbis itersecat, ita aut se rationes magnitudinū spherę ac terrę, nec nō visus hēant distātię, vt in spacio, qd̄ inter equinoctialē ē et tropicū estiuū, tota pars terrę cognitę appareat, australiori semicirculo p mediū Zodiacę armillæ, constituto super terrā, ne sub hac obūbratio qdā habitabilis nostre fiat, quę ad Borealiu sposita est hemispheriū, quapropter dicti meridiani vnus rectę lineę p axē ipsam faciāt imaginationē, tāq. visu in plano per ipsos cadente, ac etiā parallelus p Syenē, ob eā causam rectus videat. Reliqui vero circuli adnotādi, secundū cōcaua, cōuersi appareāt, ad lineas rectas, meridiani quidē ad eā lineā, q̄ per polos trāsit, Paralleli aut ad eā lineā, q̄ est p Syenē, et magis ijs, qui plus ab vtracq. illarū pte distāt, ita vt arcticus magis q̄ tropicus estiu⁹ ad septētriones. Hyemalis vero tropicus magis q̄ equinoctialis ad meridiē declinet, ac etiā antarctic⁹ magis q̄ tropic⁹ hyemalis. Pręterea terrę cognitę pars ita cōstituatur, vt nullibi illā oceanus circūfluat, nisi in finibus descriptis, qui ad Corū sitę sunt et Circū Lybię, et Europę, cōformiter vetustiorum historijs.

CLAVDII PTOLEMAEI COSMOGRAPHIę Septimus liber finit.




APARCTIAS.  
SEPTEMTRIO.

TRASCIAS.  
CIRCIVS.

BOREAS  
AQVILO.

CORVS.  
ARGESTES.

CECIAS.  
HELLESPONTIVS.



FAMONIVS.

SASSONIVS.

LIPS.  
AFRICVS.

EVRYVS.  
VALTYRIVS.

LIBONOTVS.  
EVROAFRICVS.

AVSTER  
NOTVS


EVROAVSTER.

NON IVDICEY MIDAS,

GLAVDII PPTOLIMAI COS



**E**sto meridianus, qui p  
 signa æquinoctialia  
 in sphaera trāsīt armillari. A  
 B. C. D. circa centrum. E. &  
 diametrum. A. E. C. intellis  
 gaturq; A, secundum poli  
 Borealem. C. vero australē,  
 ac sumantur. B. F. & D. G.  
 & B. H. & D. K. circūferen  
 tię in distantijs tropicorum  
 ab æquinoctiali. A. autē &  
 L. et. A. M. et. C. N. et. C. O  
 a distantijs poli arctici &  
 antarctici, secetq; diameter  
 estiuū, ipsam. A. E. iuxta. P.  
 Quū igitur parallelū, qui p  
 Syenem scribitur, inter. E. et  
 A. positionē habere oportet  
 at, sit aut ratio circūferentię  
 quę est a parallello per Sye  
 nē, ad æquinoctialē ad quas  
 drantē quatuor fere ad quī  
 decim, dimidię aut. E. P. ad  
 E. A. eorundē fere quatuor  
 ad viginti, sequitertia erit  
 et. E. A. lineę, quę ex centro  
 terrę exit. Assumatur iam  
 E. Q. taliū trium, qualium  
 est quatuor. E. A. et in cētro  
 E. distantia vero. E. Q. scri  
 batur in eodem plano circu  
 lus, qui terrā cōplectatur. Q  
 R. & diuisa aliqua recta, q̄  
 sit equalis. E. Q. i nonagita  
 sectiōes equalis vnus qua  
 drantis æqualis ipsi. E. P.  
 assumat quidē. E. S. sectio  
 nū viginti triū semis & ter  
 tij. at. E. T. sectionū sedecim  
 tertij & duodecī. E. V. vero  
 eorundē sexaginta trium, &  
 perducatur. X. S. Y. ad. Q.  
 R. recta cadens videlicet se  
 cundū parallelū per Syenē,  
 erit igit. T. signū, per quod  
 scribetur parallelus ille, qui  
 terminat australē finem hab  
 itabilis, et oppositus ei qui  
 est per Meroem. V. vero, per  
 quod scribet parallelus, qui  
 terminat finem Borealem,  
 scriptusq; per Thylē. Assu  
 matur nunc signum paulu  
 lū australius. T. sicut. Z. &  
 cōiungant. Z. D. producā  
 turq; S. Y. & Z. D. accoin  
 cidant iuxta. \*. Si igit nūc  
 expositos circulos intelliga  
 mus in plano, per signa tro  
 picorū & polorum, aspectūq; super. \*. propter subiecta, lineę  
 quidē ab. \*. per. M. & G. ac. D. & K. & O. productę, ad. A.  
 C. facient super ipsa sectiōes, per quas scribētur ad aspectū,  
 segmenta quinq; parallelorū, veluti per sectionem. Z. scribēt  
 circa. D. æquinoctialis, lineę vero ab. \*. sup. L. & F. & B. &  
 H. et. N. cōiunctę apud A. C. sectiōes facient, p quas scribē  
 tur vlterranę portiones eorundē parallelorum. Similiter  
 eucq; in parallelis describendis in terra, si sumserimus sup  
 Q. R. peculiāres ab æquinoctiali distātiās, veluti. V & T. ac  
 sectiōes, quę fient super eisdem per rectas lineas a. Z. con



iunctis super semicirculo. Q. R. habebimus oppositas eis se  
 cundum parallelas positiones, per quas scribentur diciorum  
 parallelorū segmenta, veluti. G. V. F. & D. T. B. super quis  
 bus sumentes exortus eorū quę ordinanda sunt ex vtraq; p te  
 meridiani. T. V. & super. X. S. Y. recta, in peculiaribus triū  
 illorū parallelorū rationibus, scribemus p triū similiū signorū  
 particulas, subiectorū meridianorū, tanq; eorū qui definiant  
 longitudinē & F. X. B. & G. Y. D. Hęc vti nen parū cōs  
 moditatis speculari cuipiā allatura, solertis Calcographi aus  
 spicatu repetita, & huic schemati adaptata sunt.







CLAVDII PTOLEMAEI COS  
mographiæ Octauus liber hæc habet

Cum qua præsuppositione facere oportet habitabilis nostræ diuisionem per tabulas. Quenā ad vnamquāq; tabulam describere conueniat.

Expositio omniū descriptionū, quibus continentur Europæ tabulæ decem, regiones triginta quatuor, ciuitates centū et decē & octo. Africæ tabulæ quatuor, regiones duodecim, ciuitates quadraginta duæ. Asiæ magnæ tabulæ duodecim, regiones quadraginta octo, Ciuitates centū & nonaginta, ita vt tabulæ orbis fiant. 36. regiones. 94. ciuitates. 350.

CVM QVA PÆSVPOSITIO  
NE FACERE OPORTET HABITABILIS NOSTRÆ DIUISIONEM AD TABVLAS

## CAPVT I.



VAE  
cūq; igit  
ad enarra  
tionē geo  
graphicā  
in mediū  
adducere  
oportet  
bat, tam  
ex frequē  
tiori dili  
gentia eo  
rum, qui  
regiones

nostras agnitas pagrarūt, q̄ ad faciliorem simul & magis peculiarē descriptionū aggressione, sufficiēter se habere arbitror. Nūc v̄o iuxta modū eorū qui ante nos fuerunt, tāq; summarie addendū erit, per quenam loca in designatione, vnusquisq; , qui notari debet parallelus seu meridianus scribendus sit, ne ridiculū fiat, si omnia simpliciter loca, ac ea quoq; , quæ haud quāq; in expositos incidūt circulos, adiacentes habeāt situs, parallelorū et meridianorū per ipsos descriptorum.

Postq; cōpetens quedā descriptio habitabilis totius facta est, vt in vna cōprehensa tabula, sub visum nostrū cadat, cōsequens est,

vt summarie, fiendas exponamus descriptiones. si generalē illam in plures diuidere velimus tabulas, quo loca cuncta peragrata, cū lucidiori cōmensuratione ordinari queant. Etenim cū in vniuersa descriptione necessarium sit, quo rationes partium orbis inter se cōseruentur, vt quedā propter frequentiam locorum ordinandorum dilatentur, alia autē ppter defectum inscribendorū contrahant, quod pleriq; obmittētes, multa quidē in tabulis ipsis peruertere coacti sunt, tā in mensuris regionū, q̄ figuris, tāq; haud quāquā ab historia recte deducti, quēadmodum ij, qui maximā tabulæ partē Europæ attribuerunt, tā secundū longitudinē q̄ latitudinē, propter frequentiam & varietatē locorū imponendorū. Asiæ autē secundū longitudinē nimium reliquerunt spacium. Lybiæ vero secundum latitudinem ppter cōtrarium, etenim ob causam hanc, Indicum pelagus, post Taprobanem ad septētriones cōuerterūt, cum ipsis tabula obstaret, quo minus ad solis ortum progredi possent, nihilq; tale haberent, quod ex cōtrario super Scythia, Boreæ subiecta describere possent, rursusq; occidentalē oceanū ad ortū verterunt, obstante eis tabula, ad distantia meridianā, quū nihil ibi seu interioris Lybiæ aut Indiæ vastitas cōtineret, quod occidentali litori propter locorum frequentiam opponi posset.

Quapropter tales, cum terrā vniuersam oceano cingerent, a cōscribendis erroribus incipere visi sunt, historiāq; ad impossibilia detorsērunt. Nos vero in diuisione tabulæ p̄fatum errorem euitare poterimus, si diuisiones ita fecerimus, vt regiones frequentiores, aut solę sint, aut cum paucis tabulam fortiātur, secundū maiores circulorū distantias, infrequentiores vero, & quæ nō adeo multa interceptiunt totę, cū pluribus similibus, sub vna cōprehendantur tabula, in minoribus circulorū distantijs. Haud enī necesse est, vt omnes tabulę inuicem sunt cōmensurate, sed solum vt in singulis inuicem cōseruetur ratio, quēadmodum cum caput solum depingimus, solum quæ capitis sunt, aut quum manum solum, quæ manus sunt solum. Non enim quæ capitis sunt cum manu iungimus, nisi cū sub vna figura totū facimus hominē. Quēadmodū em̄ nil impedit totū, nonnūq; augere, nonnūq; vero minuere, ita nil impedit m̄to erit, ex partibus, cū per se cōstant, quedā ob capacitatē supponendarum



# Principium Tabularum.

tabularū augere, quedā vero minuere. Nec multū a veritate aberit, quēadmodū in principio compositionis prefati sumus, si lineas rectas, pro circulis incidentib⁹ p partes tabularū inscribam⁹, lineas etiā meridianas haud quā inclinatas, sed et illas inuicē equedistātes, quibus enim vniuersi habitabilis, tā latitudinis, quā longitudinis termini, secundū magnas sumpti distācias precipuas in extremis circulis faciant mutationes, non tamē ita in singulis accidit tabulis, ac ideo secundum rationem paralleli, qui bifariā incidit tabulā, ad circulū maximū, necessarium dicimus, vt quā plurimas faciamus parabolas, ne per totā distantiā tabule, id quod indagamus, quere cogatur, sed solum illud, quod ex ea a medio est ad alterum extremorum.

QVAENAM PER SINGVLAS  
tabulas ascribere congruat.

## CAPVT . II .



**T**ALI igit̄ presuppositioni innitētes, Europe diuisiones, decē cōprehēdemus tabulis. Libye vero quatuor. Asię autē duodecim, in singulisq; sup̄scriptiones ponemus, pretermittētes, cuiusnam continentis tabula quęq; existat, et quā magna, qualq; contineat regiones, et quā rationē habeat parallelus, q per mediū illarū trāsit, quē exactissime ad meridianū, & quēnā circūscriptio totius fiat tabule, subordinātes per singulas regiones, ciuitatū insigniū eleuationes, assumptas ad magnitudinē dierū in ipsis. Situs vero secundū longitudinē ab distantijs meridiani, qui est p Alexandriā, siue ad ortū, siue ad occasum magnitudinibus fere horarū equinoctialiū. Et nū ijs qui Zodiaco sunt subiecti. sol semel vel bis sup̄ verticē fiat, ac quēadmodū dispositus sit ad cōuersiones. Quā et quānam stellam fixā singula loca in verice habeant addidissimus, si in obseruando

apparerēt latitudines ad æquinoctialē, hoc est si semper per eosdē parallelos transirent, verū cum in mathematica cōpositione ostēderimus, quod & fixarū sphaera incidit in sequētia mūdi circa tropica et equinoctialia signa, et haud quāquā circa æquinoctiales polos, sed circa eos qui in medio sunt circuli p Zodiacū, quēadmodū & errantiū, non possunt eadem astra semper in eisdē locis supra verticē esse, sed necesse est, vt ex ijs alia transeāt ad loca priorib⁹ septentrionaliora, alia v̄o ad australiora, superuacua nobis visa fuit ea descriptionis additio, quā secundū talē hypothesim, si sup̄ sphaera stellata, positionē ipsius in tēporibus quęsitis, ad circulum qui per ambos est polos cōstituerim⁹, totaq; circūtulerimus ad pmanētis meridiani diuisum lat⁹, facile cōsiderare possim⁹ signū ipsi⁹, totidē ab æquinoctiali distare partibus, quot & p qui siti loci, ad eadē ipsa parallelus, obiterq; deprehendere, nū omnino nulla ex errantibus stellis per signū illud incedat, seu vna, aut plures, & quēnā illa existat. Quibus ita prefinitis, iam ab alio inchoandum est proposito.

## Tabu. I. Euro.



**D**RIMA Europæ tabula Britannicas cōtinet insulas, cū adiacentibus ei insulis. Parallelus v̄o eius medius rationē habet ad meridianū, quā vnde cim fere ad viginti.

Circūscribitur autē tabula vndiq; oceano Ab ortu Germanico. A meridie Britānico, et eo qui appellat Vergineus. Ab occasu occidentali. Ab septentrionibus vero Hyperboreo, & qui vocatur Deucallidonijs. Thyle igitur insula maximā diem habet horarū equinoctialiū, 20. Distatq; ab Alexandria occasum versus horis duabus.

Hybernię vero insule ciuitates insignes Eiusdē nominis cuius & insula ciuitas Hybernis, maximā diē habet hor. 18. Distatq; ab Alexandria occasum versus ho. 3 & 4.



Rheba vero maximam diem habet horarum. 18  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3. quinta vna.

Albionis vero insulae

Londinium maximam diem habet hor. 17. Distatq; ab Alexandria occasum versus hor. 2  $\frac{3}{4}$ .

Caturactonium maximam diem habet horarum. 18. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 2  $\frac{3}{4}$ .

Alata castra maximam diem habent horarum. 18  $\frac{1}{2}$ . Distantq; ab Alexandria occasum versus hor. 2  $\frac{3}{4}$ .

Dumna autem insula maximam diem habet horarum. 19  $\frac{1}{2}$ . Ac distat ab Alexandria versus occasum hor. 2.

Vectis vero insula maximam diem habet horarum. 16  $\frac{2}{3}$ . Distatq; ab Alexandria versus occasum hor. 2  $\frac{2}{3}$ . fere.

TABVLA II.



SECUNDA Europa tabula continet Hispaniam totam, in tres provincias partitam, cum insulis sibi adiacentibus.

Parallelus autem per eius medium ductus,

rationem habet ad meridianum, quam tria ad quatuor fere.

Terminatur autem tabula

Ab oriente Pyreneis montibus

A meridie Balearico & Iberico pelago, fretisq; Herculeo, & parte exterioris maris.

Ab occasu occidentali oceano.

A septentrionibus autem oceano Cantabrico.

Lusitaniae provinciae

Norba Caesarea maximam diem habet horarum. 14  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{2}$ . fere. Distatq; ab Alexandria versus occasum hor. 3  $\frac{1}{2}$  fere.

Augusta emerita maximam diem habet horarum. 14  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3  $\frac{1}{2}$  fere.

Beticae

Ispalis habet maximam diem hor. 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3  $\frac{1}{2}$ .

Corduba maximam diem habet hor. 14  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{3}$  fere. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3  $\frac{1}{3}$ .

Tarraconensis

Asturica Augusta maximam diem habet hor. 15  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3  $\frac{1}{3}$ .

Nova Chartago habet maximam diem horarum 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3  $\frac{1}{6}$ .

Tarracon maximam diem habet horarum. 15. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 2  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{2}$ .

Clunia maximam diem habet horarum 15  $\frac{1}{8}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3  $\frac{1}{4}$ .

Caesarea Augusta maximam diem habet horarum 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3.

Gadira insula maximam diem habet horarum 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3  $\frac{1}{3}$ .

TABVLA III.



TERCIA Europa tabula continet Gallias in quatuor provincias, cum insulis sibi adiacentibus.

Medius ipsarum parallelus rationem habet ad meridianum, quam duo ad tria.

Circumscribitur autem tabula

Ab ortu Italiae & Rhætiae ac Germania;

A meridie mari Gallico.

Ab occasu montibus Pyrenaeis & oceano aquitanico.

A septentrionibus oceano.

Aquitaniae Celtogalatae

Mediolanum maximam diem habet horarum 15  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 2  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{3}$ .

Burdigala maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 2  $\frac{2}{3}$  &  $\frac{1}{3}$  fere.

Lugdunensis Gallie

Augustodunum maximam diem habet horarum 15  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 2  $\frac{2}{3}$  &  $\frac{1}{6}$ .



Lugdunum maximā diem habet hor. 15  $\frac{1}{2}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho-  
 ris. 2 &  $\frac{1}{2}$  fere.

Belgicae Galliae

Rigiacum maximam diem habet hor. 16  $\frac{1}{2}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho-  
 ris 2  $\frac{1}{2}$  fere.

Durocorturum maximā diem habet hora-  
 rum. 16  $\frac{1}{8}$ . Et distat ab Alexandria versus  
 occasum ho. 2  $\frac{1}{3}$  12.

Narbonensis Celtogalliae

Massilia maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{4}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho-  
 ris. 2  $\frac{1}{3}$ .

Narbon & ipsa maximam diem habet ho-  
 rarum. 15  $\frac{1}{4}$ . Et distat ab Alexandria versus  
 occasum hor. 2  $\frac{1}{2}$  10.

Vienna maximam diem habet horarū. 15  $\frac{1}{2}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho-  
 ris. 2 &  $\frac{1}{2}$ .

Neumasus maximā diem habet hor. 15  $\frac{1}{3}$  12.  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho-  
 ris. 2  $\frac{1}{2}$ .

TABVLA III.



EVROPAE tabula  
 quarta continet Ger-  
 maniā magnā cum  
 insulis sibi adiacenti-  
 bus.  
 Medius ipsius paral-  
 lelus rationem habet  
 ad meridianū quam

tria ad quinq.

Terminatur autem tabula

Ab oriente Iazygibus Metanastis & Sar-  
 matia Europæ.

A meridie Rhetia & Norico, & duabus Pā-  
 nonijs.

Ab occasu Gallia Belgica p Rhenū fluviiū.  
 A septentrionibus Germanico oceano.

Germaniæ ciuitates insignes

Amasia maximam diem habet hor. 16  $\frac{1}{2}$  12.  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho-  
 ris 2 fere.

Luppia maximā diem habet horarū. 16  $\frac{1}{3}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho-  
 ra. 1  $\frac{2}{3}$ .

Rhobodunum maximam diem habet ho-  
 rarum. 16. Et distat ab Alexandria versus oc-

casum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .  
 Scandia insula maximam diem habet hora-  
 rum. 18. Et distat ab Alexandria versus occa-  
 sum hor. 1.

TABVLA V.



VINTA Europæ  
 tabula complectitur  
 Rhetiam, et Vindelici-  
 am, ac Noricū, du-  
 asq; Pannonias, et to-  
 tam Illyridem, cū in-  
 sulis adiacentibus

Medius eius paral-  
 lus rationem habet ad meridianum, quam  
 quadragintatria ad sexaginta.

Circumscribitur autem tabula

Ab oriente Iazygibus Metanastis & Mysia  
 superiori.

A meridie parte Macedoniæ, & sinu Adria-  
 tico, & parte Italiæ.

Ab occasu parte Galliae.

A septentrionibus Germania per fluvium  
 Danubium.

Rhetiae

Brigantiū maximam diem habet hor. 15  $\frac{1}{3}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho-  
 ris duabus.

Vindeliciae

Augusta Vindelicorū maximam diem ha-  
 bet horarū. 15  $\frac{1}{4}$  fere. Et distat ab Alexan-  
 dria versus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Norici

Aredate maximam diem habet hora. 15  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{3}$   
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho-  
 ra. 1  $\frac{2}{3}$ .

Iulium Carnicum maximam diem habet  
 hor. 15  $\frac{1}{2}$ . & quid parū. Distatq; ab Alexan-  
 dria versus occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Pannoniæ superioris

Petouiū maximā diem habet ho. 15  $\frac{1}{2}$  12. Et  
 distat ab Alexandria versus occasum ho. 1  $\frac{1}{2}$ .

Sacarbantia maximam diem habet hora-  
 rum. 15  $\frac{1}{3}$ . Et distat ab Alexandria versus  
 occasum hor. 1  $\frac{1}{3}$ .

Emona maximam diem habet horarū. 15  $\frac{1}{2}$ .  
 et aliquid plus. Distatq; ab Alexandria ver-  
 sus occasum hor. 1  $\frac{1}{2}$ .

Pannoniæ inferioris

Serbinum maiorē diem habet ho. 15  $\frac{1}{4}$ . Et



distat ab Alexandria versus occasum ho. 1  $\frac{2}{3}$ .  
 Sirmium maximam diem habet horarū. 15  $\frac{2}{3}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho. 1  $\frac{2}{3}$ .  
 Iadera maximam diem habet horarum. 15  $\frac{2}{3}$   
 fere. Et distat ab Alexandria versus occasum  
 hor. 1  $\frac{2}{3}$ .  
 Sidrona maximam diē habet hor. 15  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{2}$ . fere  
 Et distat ab Alexandria ad occasum hor. 1.  
 Salonæ Dalmatiæ maximam diem habet  
 horarū. 15  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria versus  
 occasum hor. 1.  
 Narbona maximam diē habet hor. 15  $\frac{2}{3}$ . fere.  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho. 1.  
 Scardona insula maximam diem habet ho  
 rarū. 15  $\frac{2}{3}$ . fere. Et distat ab Alexandria versus  
 occasum hor. 1  $\frac{2}{3}$  fere.

TABVLA VI.



EX TA Europe ta  
 bula continet Italiā  
 totā, & Cynū insu  
 lā, cum insulis Italiæ  
 adiacentibus.  
 Parallelus ipsius me  
 dius rationem habet  
 ad meridianū, quam

tria ad quatuor.

Terminatur autem tabula

Ab ortu sinu Adriatico, & Ionio pelago.  
 A meridie partim Adriatico, & Tyrrheno,  
 necnon Ligustico mari.

Ab occasu Alpium montibus, qui iuxta  
 Galliam sunt.

A septentrionibus Alpium, qui sub Rhæ  
 tia & Vindelicia sunt, montibus, ac Alpino  
 monte, qui sub Norico est, vocaturq; Car  
 uanga, & parte sinus Adriatici.

Insignes Italiæ ciuitates.

Rhoma regia maximam diem habet hora  
 rum. 15  $\frac{1}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus  
 occasum hor. 1  $\frac{2}{3}$ .

Nicæa Massiliensium maximam diem habet  
 horarū. 15  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria versus  
 occasum hor. 2  $\frac{1}{2}$ .

Tarracinæ maximam diem habent hora. 15.  
 Et distant ab Alexandria versus occasum  
 hora. 1 &  $\frac{2}{3}$ .

Neapolis maximam diem habet hor. 15. fere  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho  
 ra. 1 &  $\frac{2}{3}$ .

Brundusium maximam diem habet hora  
 rum. 15. fere. Et distat ab Alexandria versus  
 occasum hora. 1 &  $\frac{2}{3}$ .

Ancon maximam diem habet horarū. 15  $\frac{2}{3}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho  
 ra. 1  $\frac{2}{3}$ .

Rhauenna maximam diem habet hor. 15  $\frac{2}{3}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho  
 ra. 1  $\frac{2}{3}$ .

Aquilegia maximam diem habet hor. 15  $\frac{2}{3}$ .  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho  
 ra. 1  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{4}$ . fere.

Beneuentus maximam diem habet hor. 15.  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho  
 ra. 1  $\frac{2}{3}$ .

Capua maximam diem habet horarum. 15.  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho  
 ra. 1  $\frac{2}{3}$ .

Cyrni insulæ

Valeria maiorem diem habet horarum. 15.  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho  
 ris. 2 fere.

Mariana maximam diem habet horarū. 15.  
 Et distat ab Alexandria versus occasum ho  
 ris. 2. fere.

TABVLA VII.



ABVLA septima  
 Europe continet Sar  
 dintam, et Siciliam in  
 sulas  
 Parallelus ipsius me  
 dius rationem habet  
 ad meridianum, quā  
 quatuor ad quinque.

Circumscribitur autem tabula

Ab omni parte pelago.

Ab ortu Adriatico.

A meridie Africano;

Ab occasu Sardoo.

A septentrionibus Ligustico & Tyrrheno.

Sardiniæ insulæ

Sufaleos maximam diem habet hora. 14  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{2}$

Et distat ab Alexandria versus occasum ho  
 ra. 1  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{3}$ .

Carallis maximam diem habet hora. 14  $\frac{2}{3}$ .

Et distat ab Alexandria versus occasum ho  
 ra. 1  $\frac{2}{3}$   $\frac{1}{3}$ .

N



Turris Byssonis maximam diem habet horarū. 14  $\frac{2}{4}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 2 fere.

Gurullis noua maximam diem habet horarū. 14  $\frac{2}{3}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 2.

Siciliæ

Lilybæum maximam diem habet ho. 14  $\frac{2}{2}$ . Et distat ab Alexandria versus occasum hora. 1  $\frac{2}{2}$ .

Syracusæ maximam diem habet hor. 14  $\frac{1}{2}$   $\frac{1}{8}$ . Et distant ab Alexandria versus occasum hora. 1  $\frac{2}{3}$ .


